

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembribis Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Constantino ma[n]sionario ecclesiæ S. Stephani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

SEPTEMBER.

DE EADEM SANCTA VIRGINE, EX D. AMBROSII
Episcopi Lib. 2. de Virginibus.

Leo pedes
S. Tecla lin-
git.

Virginita-
tis præstan-
tia.

23. Septemb.

TECLA copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, natu-
ram etiam bestiarum, virginitatis venerazione mutauit. Nanque pa-
rata ad feras, cum adspexitus quoquè declinaret viorū, ac vitalia
ipsa sœuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos,
pudicos referrent. Cernere erat lingētem pedes bestiam, cubitare
humī, muto testificantem sono, quod sacram virginis corpus vio-
lare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia, & propriæ ob-
lita naturæ, naturam induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturæ
transfusione homines feritatē indutos, sauitiam imperare bestiæ: bestiam exosculari
pedes virginis: docere, quid homines facere deberent. Tantum habet virginitas ad-
mirationis, ut eam etiam leones mirentur. Non impastos cibus flexit, nō citatos im-
petus rapuit, non stimulatos ira exasperavit, non visus decepit assuetos, non feros
natura possedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem; docuerūt etiam
castitatem, dum virgini nihil aliud, nisi plantas exosculantur, demersis in terram
oculis, tanquam verecundantibus, nē mas aliquis vel bestia virginem nudam videret.

VITA CONSTANTII MANSIONARII ECCL-
SIAE S. STEPHANI, AVTHORE S. GREGORIO

Papa, Lib. 1. Dialog. cap. 5.



Nota anti-
quum vñum
lampadum
in templis
ardentium.

Humilitas
S. Constan-
tij quanta
fuerit.

Rusticus
despicit san-
cti viri sta-
tutā & for-
mam.

Regorius. Cuiusdam Episcopi mei didici relatione, quod narro. Qui in Anconitana vrbe per annos multos in mo-
nachico habitu deguit, ibique vitam non mediocriter
religiosam duxit. Cui etiam quidam nostri iam proue-
ctorius ætatis, qui ex eisdem sunt partibus, attestatur. Lux-
ura eam nanciuitate ecclesia beati martyris Stephani
sita est: in qua viritatem venerabilis, Constantius nomine,
qui Mansionarij functus officio deseruiebat, cuius sancti-
tatis opinio sece ad notitiam hominū longè lateque de-
enderat. Qui isdem vir funditus terrena despiciens, ro-
to annisu metis ad sola cælestia flagrabat. Quadam verò
die dum in eadem ecclesia oleum decesset, & prædictus

Dei famulus vnde lampades accenderet, omnino non haberet, omnes lampades ec-
clesiæ impletuit aqua, atque ex more in medio papyrum posuit, quas allato igne suc-
cendit: sicque aqua arsit in lampadibus, ac si oleum fuisset. Perpende igitur Petre,
cuius meriti vir iste fuerit, qui necessitate compulsus, elementi naturam mutauit.

Petrus. Mirum est valde, quod audio: sed vellem nosse, cuius humilitatis apud se
esse intus portuit iste, qui tantæ excellentia foris fuit.

Gregorius. Inter virtutes animum cognoscere cogruè queris: quia multum val-
de est, quod tentatione sua intus mentem lacescant mira, quæ foris fiunt. Sed si huius
Cōstantij venerabilis vnu, quod fecit, audis: cuius humilitatis fuerit, citius agnoscis.

Petrus. Postquam mihi facti illius tale miraculum dixisti, superest etiam, ut me
de humilitate mentis eius adficies.

Gregorius. Quia valde opinio sanctitatis eius excreuerat, multi hunc ex diuersis
provincijs anxiæ videre sitiebant. Quadam verò die ex longinquo loco ad videndum
eum quidam rusticus venit. Eadē verò hora casu cōtigerat, ut sanctus vir stans in ligneis
gradibus, reficiendis deseruiret lampadibus. Erat autē pusillus valde, exili forma atq;
despecta. Cumque is, qui ad videndum eum venerat, quisnam eset inquireret, atq;
obnoxie peteret, ut sibi debuisse ostendi: hi qui illū nouerant, monstrarunt quis eset. Sed
sicut stulta mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur, eum parvulum
atque despectum videns, ipsum hunc esse non cœpit omnino credere. In mente ete-
nim rustica inter hoc quod audierat & videbat, quasi facta fuerat quædā rixa, & æsti-
mabat tam breuem per visionem esse non posse, quem tam ingentem habuerat per
opinionem. Cumque ipsum eum esse à pluribus fuisset assertum, despexit, & cœpit
irridere, dicēs: Ego grandē hominē credidi: iste autem de hominē nihil habet. Quod
vt vir Dei Constantius audinit, lampades quas reficiebat, protinus relinquens, latus,

con-

concitus descendit, atq; in eiusdem rusticci amplexum ruit, eumque ex amore nimio constringere coepit brachijs, & osculari, magnasque gratias agere, quod is de se talia iudicasset, dicens: Tu solus es, qui in me apertos oculos habuisti. Qua ex re pensandum est, cuius apud se humilitatis fuerit, qui despicientem se rusticum amplius amat. Qualis enim quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus, sic plerunque humiles sua despectione gratulantur. Cumque se & in aliis oculis viles adspiciunt, id circò gaudent, quia hoc iudicio confirmari intelligunt, quod de se & ipsi apud semetipos habuerunt.

Petrus. Vt agnosco, vir iste magnus foris fuit in miraculis: sed maior intus in humilitate cordis.

HISTORIA SANCTI GERARDI EPISCOPI
CANADIENSIS IN PANNONIA, ET MARTYRIS,
ex MS. codice per F. Laur. Surium, mutato hinc inde
stylo, descripta. Est autem fide digna.

GAVDIA, quæ Christi participibus dies hodierna contulit, ex beati patris nostri Christique martyris Gerardi meritis fluxere. Is enim huius lucis lumen per Venetos parentes sortitus, Dei gratia illum preueniente, ab ipsa pueritia coepit Domino nostro Iesu Christo esse, deuotus, & doctrinæ Euangelicæ per omnia parere. Itaque & ipsum monastica religionis habitum puer accepit, sinistramque primi parentis viam declinans, noui hominis secundum Deum creati vestigijs insistens, regionis per obedientiam amissæ, nempe paradisi, gaudia adolescens studuit appetere & amare. Cum sic igitur sincero animo sanctam vitam duceret, cupido ei incessit Dominicum sepulcrum inuisendi, vt Christum, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, inops ipse & pauper sequeretur. Egressus itaque de terra & de cognatione sua, tendebat ad Orientem, ubi Abraham & diuitijs auctus est, & pater multarum gentium effectus: ut etiam ipse in Abraham semine, id est, in Christo datum benedictionem, suscepto peregrinationis labore, instar fidelis Abrahæ adipisceretur.

Peruenit interim in Pannonia partes, cuius habendas tunc Christianissimus Rex Stephanus moderabatur: ad quem Regem vir humili & simplex accessit, causamque sui itineris ei aperiens, maiori studio & amore ab eo exceptus est. Vbi autem animaduertit Rex, eum moribus & doctrina bonum Christi odorem spirare, clam dimisit itineris eius socijs, illum solum apud se retinuit inuitum, ei que seruando custodes adhibuit. Cernens verò seruus Christi se solum illuc daretum, vt populi strepitus euitaret, eius regionis erenum, quam Beel vocant, petitum, atque illuc septenniō ieunijs & precibus vacans, excepto Mauro monacho, solus habitavit. Interēa memoratus Rex Stephanus vt robustissimus Iosue, impietatem gentis profligauit, crudelesque ac barbaros ethnicorum mores edomuit, ac plurimorum pectora ad suscipienda sancta fidei semina præparauit. Videns autem pius Rex regnum suum pacis tranquillitatē adeptum, seruum Dei Gerardum ab eremo reuocauit, pontificaliisque infula decoratum, ad prædicandum populo suo destinauit. Tantam autē superna pietas ei contulit gratiam, vt eum omnes loci illius incolae vnicè amarent, & vt patrem colerent, ita ut iam pater multorum instar Abrahæ patriarchæ haberetur.

Crescente vero fideliū numero, ecclesiæ Deo per singulas vrbes ædificauit: principalem autem ecclesiā in honorem sancti Georgij, preciosissimi Christi martyris, ad litus Morisij fluminis extruxit, atque indè Morissenam sedem appellauit, quam beatus Rex Stephanus dotalijs munieribus nobiliter ditauit. In qua ecclesia ad honorem beatissimæ matris Domini Saluatoris venerabilem excepit aram, ante quam thuribulum argenteum collocavit, eiusque ministerio duos prouectæ atatis homines adhibuit, qui iugiter illic vigilarent atque operam darent, nè vlla vñquam hora thymiana ibi decesset. Singulis quoquæ sabbatis cum nouem lectionibus, vi in die Asumptio-

Vir sanctus
gaudet cō-
temptu suū.

Humilis
quisque sua
despectio-
negaudet.

24. Sept. 2b.
Cap. 1.

Patris S.
Gerardi.

Puer com-
pletetur
monachi-
sum.

Proficisci
vult Hiero-
folyam,

S. Stephanus
rex eū apud
se retinuit
in uitum.
Vivit in
eremo.

Creatur
Episcopus.

Nota de p-
peruō thy-
miamate.